

3591.

1341 d. 24 Aug.

MARGARETA ABJÖRNSDOTTER säljer sin andel i gården Berg i Frastad till sin släkting Halstan Petersson.

L. Sparres saml. afskr. i Sv. Riks Arch. Sign. J. 6, f. 210. v.

Omnibus presentes litteras visuris uel inspecturis, Margareta Abiørna dotter, salutem in domino sempiternam. Notum facio vniuersis, tam posteris quam modernis, quod me recognosco, porcionem meam in Frastadhum in curia Biærg nominata. iure hereditario acquisitam, discreto viro consanguineo meo, Halstano Pætherson, pro pleno precio, in quo bene contentabar, legaliter vendidisse, consilio fratrum meorum, Benedicti Abiørnason, et Gustau, necnon aliorum consanguineorum meorum, ac ratione nobilium mediante, tali condicione, quod predicta bona ipsi Halstano perpetuo cedant possidenda. ac heredibus suis, per me, vel per aliquos heredum meorum nullatenus redimenda, seu aliqualiter reuocanda. In cuius testimonium sigilla fratrum meorum, Benedicti et Gustau, et Benedicti Thorstenson presentibus sunt appensa. Scriptum Anno domini, M. CCC. XL. primo, die sancti Bartholomei.

Sigillen ritade: N:o 1, 2, Bengt och Göstaf Abjörnssons (sparre);
N:o 3, Bengt Torstenssons (oxenstjerna).

3592.

1341 d. 24 Aug.

Wisby.

FOGDAR och RÅDMÄN i Wisby förorda hos Borgmästare och Råd i Lybeck borgaren i Wisby Henrik Rekelinchusen såsom ombud för sin hustru Hildegund att i Lybeck utkräfva arf efter Hildegunds moster Fru Walborg von Strand. (Jfr N:o 3552).

Orig. på perg. i Lybecks Stads Arch. *).

Honorabilibus viris prudentibus et discretis, suis amicis predilectis dominis Proconsuli et.. Consulibus Lubicensibus Aduocati et Consules Wisbyenses sincero cum affectu obsequiosam ad queuis eorum beneplacita voluntatem. Noueritis quod discreta matrona Hildegundis nostra conciuis et legitimi heredes eiusdem contulerunt coram nobis henrico Rekelinchusen nostro conciuui exhibitori presencium meram potestatem plenam et integram circa hereditatem vobiscum sitam ad Hildegundem pefatam ex obitu matertere sue domine walburgis vamme strande vestre quondam conciuis pie memorie successionem hereditaria deuolutam faciendi tamquam cum bonis et rebus suis propriis mobilibus ac dimittendi quicquid henrico eidem visum fuerit expedire. Quapropter honorabilitati vestre instancius supplicamus quatinus henricum

*) Tryckt efter en afskrift benäget meddelad af Hr Professor W. MANTELS i Lybeck.